



**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ
proprietarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Qvintum

**González Téllez, Emanuel
Francofurti Ad Moenum, 1690**

Caput Primum. Ex Concilio a Aurelianensi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74544](#)

ideo non sunt attendendi, ex I. jure 13. ff. de legibus. Si ergo impuberis inveniantur verē potentes ad coēndum, sicut ex furto, perjurio, & alii delictis; ita etiam ex delictis carnis tenentur, etiā mitiori pena puniantur, ut probant Caldas in I. se curatorem, verbo vel adulteri dolo, Farinac. dicit. quæst. 92. num. 93. Post pubertatem verò etiam dum minores sunt, penā ordinariā coēcentur; unde tenentur lege Julia de adult. I. auxilium 37. §. in delictis, ff. minor. I. si minor 34. I. si adulterium 38. §. fratres ff. ad leg. Jul. & etiam tenentur ex raptu, nefando incestu, & similibus peccatis contra naturam, I. 4. tit. 19. part. 7. I. 2. tit. 21. part. 7. probant Azevedo in l. 1. tit. 21. lib. 8. Recopil. nn. 48. Farinac. in praxi. quæst. 92. à num. 83. Sousa in aphorism. lib. 3. cap. 32. num. 19. Gregorius Lopez per textum ibi, in I. 8. tit. 31. part. 7. & ita post mortis ex eis delictis minores affici posse exemplis probat Marinis decis. 525.

I. 4.
Expo-
nitur
cap. ad-

Sed suprà traditæ assertioni obstat videtur D. Augustin. relatus in cap. adhuc, de penit. disf. 3. in illis verbis: nec infans unius diei abque peccato super terram esse potest. Quibus consonat D. Hie-

ronymus in cap. si enim 40. de pœnit. disf. 2. ibi: Ne huius momundus à peccatis, nec infans, si unius quidem de peccatis fuerit vita ejus. Que verba si de peccato originali accipiuntur, parum significant; si quidem ante nativitatem statim post conceptionem peccatum illud contrahitur: quare de peccato actuali verba illa exponit Barbola tom. 6. in select. adip. sum textum. Quia sententia tenet à deducitur, male in præsenti affirmari tantum pueros dolii capaces, seu proximos pubertati, ex delictis teneri posse; si quidem post primum vitæ diem peccati capaces sunt. Pro cuius difficultatis solutione dicendum est, omisso Barbola ubi suprà, verba illa, que accepit Sancti ex capite 14. Job. vers. 4. esse accipienda de peccato originali, quod contrahitur à die animationis; & ita sanctus Augustinus & Hieronym. non sunt intelligendi de infantis ordinaria nativitate, sed de priori secundum Adam, qui contingit tempore conceptionis, de qua expolui textum in cap. quia in maternis, de confcr. disf. 4. in cap. 3. de baptismo. Et ita verum est, nec infantem unius diei, immò nec unius horæ, dati abque peccato, videlicet originali, posse.

TITULUS XXIV.

De clericō venatore.

CAPUT PRIMUM.

Ex Concilio a Aurelianensi.

Episcopum, presbyterum, aut diaconum, b canes, aut accipitres, aut hujusmodi ad venandum habere non licet. Quod si quis talium personarum in hac voluptate sèpè detentus fuerit, si Episcopus est, tribus mensibus à communione; si presbyter, duobus; si diaconus, ab omni officio suspendatur.

NOTÆ.

I. a) *Aurelianensi.*) Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc tit. cap. 1. & ex ipso Concilio citatur textus hic à Carnotensi lib. 3. tit. 15. c. 1. Gratiano sub nomine Paleæ in c. 2. 34. disf. Burchardo lib. 2. Decreti, cap. 213. sed in nullo ex Conciliis hucusque editis Aurelianensis repe- riuntur verba hæc; extant tamen paucis mutatis in Concilio Meldensi can. 8. Agath. can. 55. Epaun. can. 3. Vvormac. can. 17. ut refert Antonius Au- gusti. in epist. lib. 6. tit. 53. Præsentis canonis meminerunt PP. Concilii Senon. anno 1527. can. 26. *Contra clericos Venatores, vel negotiis secularibus implicitos, si à vendi, negotiandive consuetudi- ni moniti non desistant, ad panam Aurelianensis Concilii, & alterius Lateranensis procedetur.*

b) *Canes.*) De canibus venatoriis, & eorum usu plura congesit. Demsterus ad Rosinum lib. 2. cap. 8.

2. c) *Accipitres.* Ex hoc textu constat, quam perperam Pancirola lib. 2. memorab. tit. 23. existimat, venationem cum avibus olim ignoratam fuisse usque ad tempora Friderici Barbarossa, qui flo-

ruit per annos 1154. cùm jam tempore hujus Concilii, & Agathensis celebrati anno 426, mentio reperiatur accipitrum; & in capite sequenti, qui transcriptus est ex Synodo Francica celebrata anno 742. immò etiam temporibus Aristotelis acu- piuum cum avibus in usu fuiss. idem refert lib. 9. his- stor. cap. 39. ibi: *Circa Thraciam, qua supra Am- phipolim est, rem proorsus admirandam, & ab his qui non viderint, incredibilem fieri ajunt; pueri enim è vineis, & agris vicinis ad acupium avicinalium egressi, accipitres sibi socios assumunt. Hoc quidem maxime aliquis miretur, quod accipitres quascunque ipsi aves ceperint, pueris acupibus de- jicient, campueri ex omnibus capitis parte tantum aliqua accipitribus reddit a discendant. Idem scribit Alianus lib. 2. his- stor. animal. cap. 42. ibi: Accipi- tries in Thracia cum hominibus per paludes societa- tem acupandi coire. Nec non Plinius lib. 10. c. 8. ibi: *Homines, atque accipitres societate qua- dam acupantur. Plura Demsterus ubi suprà. D. Joseph. Pellicer. ad Polif. Gongore, stant. 3. Lælius Heraldus dialogism. 6. exstat. tom. 2. thesaur. cri- tici, fol. 399.**

COMMEN-

COMMENTARIUM.

2. Ex hoc textu sequens communiter deducitur assertio: Clerici venationi operam dare non debent, alias si contraverserint, si Episcopus est, tribus mensibus; si presbyter, duobus à communione arcentur, sibi aconus, ab omni officio suspenditur. Probant eam textus in c. i. 34. dist. c. i. ne clericis, vel monachis, cap. amputatis. 86. dist. Clement. i. § porro, de statu monachorum. Clem. i. de celebrat. Missar. Synodus Turon. sub Carolo, can. 8. ibi: Sacerdotescanum, accipitrum, falconum, vel catararum hujusmodi rerum curam parvi pendere debent. Missar. conc. 2. can. 13. Agathense can. 55. Epaunense can. 3. Vormac. can. 17. Concilium Augustanum can. 2. ibi: Episcopos, presbyteros, vel aliquem de Clero caneri venandi amore, vel accipitres habere non licet, sicut in Concilio legitur. Toletanum cap. 10. Quisquis autem personarum hujusmodi in hac voluntate denudatus fuerit, quandiu in illa defensabilis voluptate detineatur, ob omni ecclesiastico officio cefset. Salzburg. 1. tempore Martini V. Venationi quoque cum canibus, necnon aucupationibus cum falconibus missis, aut hujusmodi volutribus, clericis omnino non infestant, nec canes tales venaticos, aut aves in domibus teneant, aut secum per viam ducent. Eugen. III. in decreto edito ab Orthone Friburgensi lib. 1. de gestis Friderici, 35. Illi qui Dominum militant, neququam in vestibus pretiosis, nec culta forma, nec canibus, vel accipitribus, nec aliis, quapropter dant, lasciviam debent intendere. Quae & alia refert Ant. Augustini in epist. lib. 4. tit. 2. & 33. & lib. 6. tit. 53. & lib. 7. tit. 27. Consonat lex 57. tit. 5. partit. i. lex 47. tit. 6. eadem part. Illustrant ultra congestos à Barbola in praesenti, & lib. 1. de iure eccl. c. 40. n. 79. Avendanno de metu lib. 2. cap. 37. Lessius de iust. lib. 2. c. 5. Landmetri lib. 2. de veteri monach. c. 48. Buseus de statibus, n. 4. Corvin. lib. 4. aphor. juris Pont. tit. 32. D. Francisc. de Amaya in L. un. C. de venator. Ludovic. Cresolius lib. 4. mythag. c. 28. D. Nicol. de Castro in L. un. C. de gladiat. n. 17. Majolus dier canic. verb. Plant. fol. 267. Acunna in c. i. & 2. 34. dist. Petr. Gregor. libr. 93. syntag. c. 10. & lib. 4. partit. tit. 8. c. 8. & lib. 2. de repub. c. 17. n. 6. D. Petr. de Ovalle in repetit. ad hunc text. Villaröel part. 1. regim. 9. 3. art. 9. Theophilus tom. 14. fol. 211. Savarus ad Sidonium lib. 4. epist. 9. Novus Notator P. Bleseensis epist. 57.

4. Sed pro dubitandi ratione in praesentem assertione ira insurgo. Venatio iure naturali omnibus concessa est, l. 1. § final. cum l. sequenti. ff. de acquir. tradita dom. l. 1. in princ. ff. de acquir. posseff. s. sera. Inffit. de assertio. rer. divisi. l. 17. tit. 28. partit. 3. D. Thomas 2. 2. 9. 64. probant Connan. lib. 3. comm. c. 3. Forcatulus in aviario, c. 4. Concius lib. 1. dist. c. 12. Gajacius lib. 4. observ. c. 2. Covart. in regn. peccatum, 2. part. § 8. sed qua juris naturalis sunt, lege positiva tolli nequeunt, l. eas 8 ff. de capit. dimin. l. abdicatio. 6. Cod. de patria potest. c. sunt quidam 25. q. 1. probavi in c. final. de confus. & illustrat Salgado de retent. Bullar. 2. part. cap. 20. num. 84. Ergo contra juris naturalis dispositionem non potuit Ecclesia venationem, aucupiumve clericis prohibere. Augetur primò hac dubitandi ratio ex eo, nam Deus Optim. Maxim. omnia animalia, tam terrestria, quam volatilia, hominum gratia, & in eorum usum creavit, Genesis cap. 1. § in pecundum, Institut. de rerum divisione, ex Chrysippo tradit. Cicero de finibus cap. 3. Cælius Rhodig.

lib. 1. antiqu. lect. cap. 3. Seneca lib. 4. de benef. c. 1. Aristot. lib. 1. polit. cap. 5. Ergo ferarum, & avium usus mediante venatione, seu aucupio clericis interdictio non debet. Deinde augerut haec dubitandi ratio ex eo, nam piscatio, & venatio in jure æquiperantur, §. ferè, §. flumina, Institut. de rer. divis. Decius consil. 197. Sed piscatio clericis permitta est, cap. Esau, 86. dist. cap. nunquam, de consec. dist. 5. Ergo & venatio etiam; præcipue quia tam piscatio, quam venatio ad relaxandum animum utilis est, ut bellè exprimit Sidonius in Panegyr. Aviti Imperat. & venationem per se honestissimam esse, probarunt Xenophon. lib. de venatione, Galen. initio lib. de ludo pila, & ex eis Theophilus tom. 4. lib. 6. sect. 2. cap. 10. Secundù etiam distinctio presentum in praesenti statuta difficultatem non levem continet, siquidem certum est in poenis infligendis semper rationem haberi nobilitatis, & dignitatis, ita ut nobilior, aut qui majori dignitate fulget, mitius puniatur, l. sacrilegii, §. 1. ibi: Aut si honestiori loco natus, ff. ad leg. ful. pecul. l. Pedius, ibi: Si humiliori loco, ff. de incend. & rima, l. 1. §. quicquam, ff. de abigeis, l. 1. in fine, ff. de furib balnear. l. 1. §. expilatores, & §. ult. ff. de effractor. l. 2. ff. de termino moto, l. 1. §. ult. l. 3. §. legis, l. penit. ff. ad l. Corn. de siccari. l. moris, §. sed enim, l. capitalium, §. non omnes, l. desertorem, §. penit. & §. is qui ad hostes, ff. de re mil. cap. pastoris, ibi: Dignitati deferat, & persona; de offic. deleg. cap. ult. ibi: Volentes tam nobilitati parcere; de penit. & remiss. cap. qui contra 14. quæst. 1. cap. 1. ver. Qui vero, de injur. in 6. Illustrat Tiraq. de nobilit. cap. 20. Igitur non recte in praesenti gravior pena irrogatur personis majori dignitate decoratis, præcipue cum in sacris canonibus Episcopis, presbyteris, diaconibusque æqualis pena imponatur, ut in cap. placuit 13. dist. 31 cap. presbyter, 81. dist. cap. 4. 84. dist. cap. si quis 6. 72. quæst. 2. can. 33. 81. 82. & 83. Apost. cap. 1. de cleric. excom.

Quæ dubitandi ratione non obstante, vera est præsentis assertio; pro cuius expositione scire oportet, venationem triplicem esse: alia dicitur oppræfativa, alia arenaria, sylvatica alia. Venatio oppræfativa est in qua quis est oppressor hominum, de qua dicitur Genesis cap. 10. quod Nembroth erat robustus venator coram Domino, cap. final. §. finali, 6. dist. id est potentissimus hominum oppressor. Illustrat Zerda in divers. cap. 152. & de illa accipitur illud Davidis psalmo 60. Quoniam ipse liberavit me de laqueo venantium: Et psalmo 123. Anima nostra sicut passer ereta est de laqueo venantium. Venatio arenaria est, in qua quis pugnat cum bestiis; & si quæstus gratia faciat, infamis efficitur, l. 1. §. item Senatus, ff. de postul. Cicero lib. 2. de offic. ibi: Omnino duo sunt genera largorum, quorum alteri prodigi, alteri liberales. Prodig. qui epulis, & viserationibus, & gladiatorum munib; venationumq; apparatus pecunias profundunt in eas re: quarum memoriam, aut brevem, aut nullam sunt relicturi. Quæ venatio ob evidens vitæ discrimen quod adit venator, merito reprobanda est, & graviter à Cassiodoro rejicitur lib. 5. epist. 42. Venationem hanc appellant ludum venatorium Consulti in l. 4. ff. de administr. rer. l. civitatibus 122. §. ad honorem ff. de leg. 1. l. aut damnum. 8. §. qui cuncto, ff. de paenit. Suetonius in Nerone, c. 7. Vopiscus in Probo. Martialis lib. 1. epigr. 115. munus item dictum est à Saturno primum attributum: prodit Lactant. lib. 6. cap. 20. plura de hac venatione congererunt Bulenger in tract. de venatione, Mariana

in

5.
Venatio
quotu-
plex.

intract de spectacul. Amaya ad l.6.Cod.de excusat. mun. Petrus Faber lib.2. femebr. cap. 11. & in Agomistic. D. Laurentius Ramirez ad Amphit. Martial. Lipsius de Amphit. cap.3. Panuinus lib.2. de Circensis, cap. 2. 4. & 5. de quibus venatoribus intelligendus est D. Augustinus relatus à Gratiano in cap. qui venatoribus, cap. vidit, 86. dīs. dum ait: Qui venatoribus, dominant, non homini donant, sed arti nequissime: junc̄tis Vazquez in 1.2. dīs. 111. quest. 21. Olvald. lib. 18. Donel. cap. 7. littera G. et si de venatione sylvatica accipiant D. August. Gratian. Buteus ad epist. 56. P. Bleſensis, Petrus Gregor. lib. 3. de repub. cap. 17. num. 7. Venatio sylvatica, aucupativa, saltuosa, de qua in praesenti agitur, est dum armis, canibus, seu avibus quis animalia terrestria, seu aves aucupatur, de qua plura Avendano in tract. de venatione, Azevedo ad tit. 8.lib. 7. Recopil. Rutherford ad lib. 1. Cnei Oppiani: & illi magnopere dediti sunt Reges, Principes seculares, ac alii Nobiles laici, ut probat Alteſerra de Dūcib. cap. 14. Immò illis valde necessariam esse non solum ad honestam recreationem, verù ut inde apti reddantur ad bellum, fūse probarunt Demsterus ad Rosinum lib. 2. cap. 8. Pater Mendoza in viridario, lib. 5. problem. 2. Salcedo de regim. Principum lib. 2. c. 6. dīs. 23. Theophilus tom. 4. lib. 6. sect. 2. cap. 10. Solorzani emblem. 33. Alteſerra ſuprā, cap. 14. Scipio Almiratus in dīſ. polit. lib. 2. dīſ. 1. & doctē expreſſit Xenoph. in lib. de venatione, ibi: Venationis studio dediſt magnam ex eo utilitatem capiunt, nam corporibus bonam valetudinem comparant. Hinc vident, audiuntque magis, ſenescunt minis. Hoc ad bellum praecepit inſtituit, primo quidem ſi vias difficultes sub armis ambulant minus laſſantur; nam labores fuſſinent, quibus feras capere conſueverant; in hoſtium fugia ubiq̄ illos propter locorum peritiam recte, aut tue prosequuntur; quod si exercitus ſuas inſeliciter pugnaverit, in ſylvosis, aliq̄ inquis locis ſeipſis cum ceteris non turpiter servare poterunt, nam conſuetudo venandi eos peritiores reddit.

6. Venatio hæc clamosa, ſeu saltuosa omnibus laicis licita, atque honesta est. D. Hilarius in Mattheum, cap. 10. Non est criminis agere auſpium, ut arbitror. Proabant Balaſamon in cap. 24. & 51. 6. Synod. Savarus ad Sidonum lib. 4. epist. 9. et ſi ad eam juvenes aptiores, praefatoresque fint. Unde Nicolaus Papa in cap. 1. 14. dīſ. Lanſiedum Epifcopum juvenem appellat, quia venationi valde deditus erat. Meminit ipius ſententia Nicolai Petrus Bleſensis epist. 56. dum ait: Legimus quia Nicolaus Papa ſuſſionis & ex communicationi ſententiam in Lanſiedum Epifcopum ferri censuit, quia venaticam artem exercebat, licet ille excusabilis effet beneficio juventutis. Dicebantque phasianum illi ſervis, quos avium legato contereti negat Consulſtus in l. avibus 66. ff. de legat. 3. qui erant aucupio mancipati, ubi noravit Glosa & poſteam Sebastian Medic. de venat. p. 10. nu. 30. Pignorius de ſervis, & de eorum xatae agens Narbona de etate, anno 18. queſt. 3. Sed aliquando ratione temporis venatio etiam laicis prohibetur, veluti tempore quadragesima, & jejuniorum, cap. an putatis 13. dīſ. 86. nli necellitate urgente, cap. ſi nulla 23. queſt. 8. item & diebus festiis, ſi periculum adiſt omittendi Miſſam. Concil. Melideſe can. 27. alioquin his diebus venatio non prohibetur, cum non sit opus ſervile, immo librale, l. 20. tit. 5. partit. 2. quod agnovertunt Cololum lib. 2. de reruſio. Virgil. lib. 1. Georgic. ibi:

Quippe etiam festis quedam exercere diebus Eas & jura ſiunt: rivoſ deducere nulla Religio retinet, ſegeti pretendere ſepem, Inſidiias avibus moliri.

Nec contrarium probat textus in cap. 2. hoc tit. ubi generaliter & indiſtincte omnibus ſervis Dei venatio interdicitur. Igitur laicis venatio prohibita est. Nam reſpondet in eo teſtu de clericis tantum agi, qui ſpecialiter ſervi Dei vocantur, quia ſtrictius, quam laici ejus obſequio, & ſervitio mancipati ſunt, cap. Cleros, 21. dīſ. cap. cum ſecondam de præben. textus diſterit in cap. ſicut 2. queſt. 7. Ubi cum Fabianus Pontifex aſſeretur, quod clerici non debent accuſare laicos, hanc rationem adjectit: quia ſervum Domini non oportet litigare. Docent Germanius de induſt. §. ſervus, num. 27. Grassis de effeſt. cleric. num. 5. quod faciliter ſuadeatur ſi integrum illum canonem tranſcribamus prout extat in Concilio Germanico à S. Bonificio Ratiſbonæ celebrito temporibus Zicharia Papæ anno Domini 742. 11. Kalend. Maii. Servis Dei per omnia armaturam portare, vel pugnare, aut in exercitum, & in hoſtem pergere omnino probibimus, niſi illis tantum, qui propter diuinum mysterium, Miſſarum ſcilicet ſolennia adimplenda, & Sanctorum patrocinia portanda ad hoc eiſi sunt; iudeſt unum vel duo. Epifcopos cum capellani & presbyteris eorum Princeps ſecum habeat, & uniusquisque Prefectus unum presbyterum, qui hominibus peccata confitebitur, iudicare & indicare penitentiam poſſit. Nec non & illas venationes cum canibis ſervis Dei interdiximus, & ut accipitres, & falcones non habeant.

His ſuppositis ut ad ratio nem praesentis probationis deueniamus, variae adduci poſſunt. Prima, Tradiqua venatio eſt quoddam bellum, vel bellum fulacrum, aut præludium, ut tradunt Xenophon libr. 1. de venatione, Tul. libr. 1. de natura Deorum. Ahenaeſ libr. 1. Dynoſophiſt. Pollus in prefatione libr. 5. Philon. libr. 1. de vita Moysis, Plato in Sophiſta, & fūſe probat Mercurialis libr. 3. de arte gymnaſtiſt. cap. 15 ſiquidem plerunque fit armis. Ovid. de Ponto eleg. ult.

Tiuitus antiquas & erat qui paſceret herbas, Apiaque venantigratis arma dare.

Lucius Seneca in Hippolyto, act. 1. ſcena 1.

Tu grave dextra levaque ſimul

Robur late dirige ferro.

Statius libr. 2. ſylvar. de Leone;

Non formidato ſupra venabula ſaltu Incitus.

Et inde venabula dicta quaſi venati habilia. Iſidorus libr. 18. etymolog. cap. 7. Servius ad verſeſum 131. libr. 4. Eneid. Quia ergo Ecclesia pacis amantissima, clericos, & Monachos ſtudis pacis detineri avidissime expertis, venationem, que bellis species eſt, & præludium, illis interdixit. Alia ratio provenit ex nimio ſtudio, quo venationi mancipantur venatores; ſiquidem diu nocturne quenac hil alud cogitant, ut exprefſit Thomas Morus ibi:

Venator defeffa toro dum membrare reponit,

Mens tamē ad ſylvas, & ſua iuſtra redit.

Quare clerici, qui ſervitio Ecclefie mancipati ſunt, valde ab eo ex hujiſmodi exercito divergantur, praecepit cum venationis tempus ſit mane, cum dies incipit, ut tradit Oppianus libr. de venatione Aurelii, ibi:

Venemur dum mane novum, dum mollia prata Nocturnis calcata feris uestigia ſervant.

Seneca

Seneca in Hippolyto.

— Veniet tempus

Cum larvatu cava saxa sonent:
 Nunc dimissi nare sagaci
 Capient auras, lufraque presso
 Quarant rostro, dum lux dubia est,
 Dum signa pedum roscida tellus
 Impressa tenet.

Sed eo tempore debent clerici pensum servitutis sue solvere, juxta tradita in cap. 1. de celebrat. Mis-
 jar. Unde recte illis prohibetur venatio, ne di-
 strahantur à proprio ministerio. Accedit D. Hiero-
 nymi sententia in cap. Esaiā, 86. dist. ibi: Quia
 nunquam legitimus sanctum venatorem. Abulensis
 in c. 6. Martini, quest. 43. in fine, ibi: Et propter hoc
 sancti viri non se dederunt huic occupationi, sicut
 pescationi, quia venatio vix sine documento proximi
 exercetur; ideo non legitimus sanctos venatores, sed
 pescatores. Facit Nicolaus Papa epist. 1. ad Alvinum:

O miseram vitam hominum, & maximè sacerdo-
 tum! Qui dum lucrandis fideliibus debent insistere,
 venandis feris incumbunt; & quos capere oportet ho-
 mines, capiunt aves: qui dum moribus student ani-
 malium, vitam suarum perdunt animarum? O infe-
 licem vitam super omnem vitam! Nam in quo ma-
 gis quis carnalis appetet, quam in tali vita. Venato-
 rum enim vita nihil præter carnei capit, in qua dum
 quiescit permanit, nunquam probatus est, dicente
 Sancti Hieronymo: Nunquam venatorem legitimus
 sanctorum. Prosequitur alias rationes hujus prohibi-
 tions. Ovalle in præsentis, §. 3. per tot.

Nec obstat dubitandi ratio suprà adducta: nam
 licet verum sit, venationem esse juris naturalis,
 & ideo omnibus communem; tamen iustis ex-
 causis possunt Principes, tam seculares, quam ec-
 clesiastici, venationem prohibere, aut ratione
 temporalis, velut dum animalia nutritur, l. 2.
 cum sequent. tit. 8a lib. 7. recopil. quas latè expli-
 cant Avendano de metu, dict. lib. 2. cap. 37. Solor-
 zanus de jure Indian. lib. 3. cap. 3. num. 69. Castillo
 de tertio tom. 7. cap. 4. 1. num. 118. Bobadilla lib. 2.
 polit. cap. 18. vel ne talibus instrumentis, aut mensi-
 bus exerceatur, ne paucorum aviditas animalia, vel
 spiles exhaustur; coarctant enim libertatem na-
 turalém venandi, att pescandi, sed propter magis
 speciali bonum communis, & singulorum:
 quæ statuta in quantum obligent, cum multis à
 falso latitatis docent Amaya in l. unica. Cod. de venat. fe-
 var ex num. 42. Jacob. Vander Graefius ad leg. non
 dubito. de capitivis, cap. 41. Diana 3 part. tractib. re-
 sol. 18. Valesius in flor. Theol. verbo Venatio. Tropia 2.
 tom. catena mor. lib. 5. quest. 29. art. 5. & 7. At-
 mensus de jurib. m. a. j. e. s. t. cap. 4. Befoldus de jurib. ma-
 j. e. s. t. cap. 6. tom. 1. polit. Aut ratione personarum,
 veluti clericis, ex rationibus suprà adductis; quia
 cum venatio sit juris naturalis permisivi, non
 præceptivi, ideo potest à Princeps iustis ex causa
 mutari. Nec obstat augmentum primum, quo di-
 cebamus, omnia animalia hominum gratia à Deo
 creata fuisse, & ita usum eorum, clericis prohi-
 beri non debere; quia id procedit dummodo li-
 citè, & honestè illis utantur, & ad finem, ad
 quem creata fuerunt, non verò per improbum
 usum, qualis est venatio in clericis. Nec obstat
 argumentum deducendum à pescatione, inter quam
 & venationem longa datur differentia; siquidem
 pescatio exerceatur sine clamore, & arms: secus
 verò venatio. Facit ratio adducta à D. Hieronymo,
 videlicet quia nunquam legitimus sanctos venato-
 res; pescatores autem plures, præcipue Apostolos,

qui etiam postquam Dominum sequitū fuerunt,
 honestum illud exercitum non reliquerunt, ut ait
 D. Gregorius Papa homil. 24. in Evangel. Joannis
 cap. 21. Queritur enim potest cur Petrus, qui pescator
 ante conversionem fuit, post conversionem ad pescatio-
 nem redi? Et cum Veritas dicat: Nemo mitens
 manum suam ad aratram, & apicem retro, apnea
 est regno Dei; cur repetit quod dereliquit? Sed si
 virtus discretionis inspectur, cuius videatur, quia
 nimis negotiorum, quod ante conversionem sine
 peccato existit, hoc etiam post conversionem repente
 talpa non fuit. Nec obstat secunda difficultas, nam
 verius est, juxta dignitatē delinquentis augeri cri-
 men, & per consequens penam, l. quadam deli-
 eta, ff. de penis, l. 2. l. omne, ff. de re milit. cap. ho-
 mo, 40. dist. cap. quia sanctitas, 50. dist. latè pro-
 bavi in cap. cum quidam 12 de jurejur. Nec con-
 trarium probatur in utriusque juris testimonii ad-
 ductis pro ratione dubitandi; nam si delictum ejus
 natura sit, ut atgeatur dignitate delinquentis, ve-
 luti quando peccatum in his, quæ ad dignitatem
 concernunt, vel illius administrationem respi-
 ciunt; seu cum tale crimen cedit in dedecus, &
 contumeliam ipsius dignitatis, ut in præsenti ca-
 lu, tunc severius puniuntur, qui maiori dignitate
 fulgent: ac verò si dignitas non adaugatur deli-
 ctum, tunc mirius puniuntur, docuerunt D.
 Thomas l. 2. quest. 73. art. ult. Tiraquel. de peni tem-
 pers casu 37. Vnde in præsenti casu imponitur
 iuslensus trium mensium. Episcopo, presbytero
 autem duorum mensium, diacono verò unius, ut
 legitur in dictis Concilii Epauensis, & Agathie
 ibi. Si Episcopus est, tribus mensibus se à com-
 munione suspendat, duobus presbyter abfinciatu, uno
 diaconus ab omni officio & communione cessabit. Ex
 quo canone corrigendum præsens textus, & illud
 notandum vénit, abstinere in eo canone Con-
 cilij Epauensis, importare suspensionem, ut do-
 cuerunt Morinus lib. 2. exercit. cap. 3. Gibal de clau-
 sur. regul. disquisit. 2. c. 4. §. 1. & de censur. disquisit. 7.
 quest. 12. regul. 1.

Sed suprà traditis obstat textus in cap. cum vene-
 rabilis, de censibus, ubi Innocentius III. agit de tur cap.
 spallis, & friseingis, quas Prior sancti Stephani cum ve-
 noluebat quotannis Episcopo Faventino: & ut ibi nerabi-
 notavi spalla est armum, seu membrum ferarum, lio, do
 quod Abbas perso velabat Episcopo ex feris, veluti censibus.
 Intocentium III. lib. 13. regestr. in epist. ad Abba-
 tem Sancta Maria Rotunde, ibi: Et quid ad Abba-
 tis, & partium instantiam silvam bannierant Raven-
 nates, & qui venabantur in ipsa, reddebat eidem
 singulis annis spallam porci illustrat Cironius lib. 1.
 obser. cap. 5. Vnde deducitur, Abbatem, & Mo-
 nichos sancti Stephani venationem exercuisse in
 diecessi Faventina. Igittur quia ecclesiasticis viris
 venatio prohibita non est. Pro cuius difficultatis
 solutione dicendum est, discrimen esse constitu-
 dum inter eum casum, in quo venatio exerceatur
 ab ecclesiasticis viris in nemoribus, & vivaribus
 propriis; atq; cum venatio exerceatur in eisdem lo-
 cis per extraneam personam, præceptu cùm pro-
 prij redditus, & præuentus in venatione consi-
 stunt. Primum casu venatio monachis prohibita est,
 ex præsenti textu, & rationibus suprà expensis.
 Secundo verò casu venatio permittitur. Clemens 1.
 §. porro, de statu monach. & ita textus in dict. cap.
 cum venerabilis, accepit eius est eo casu, quo mo-
 nachi per extraneam personam venationem exer-
 ebannt, ex feris in ipsa venatione captis spallam
 seu

seu armum ipsius feræ , tributi nomine Episcopo per solvabant. Illud autem non omittam, frequentes fuisse olim Ecclesiæ prohibitions circa venationem monachorum Benedictinorum, quia cum Divus Benedictus in sua regula cap. 48. al. 39. ira cassis: *Carnium vero quadrupedum omnino ab omnibus abstineatur comedere, debilibus, agrestis, exceptis; fuerunt quidam cartiliones, qui ab eis quadrupedum se abstinebant, & volatilia comedebant, juxta mentem Rabani lib. 2. de vita cleric. cap. 27. dum ait: Avium quoque esum credo inde à Patribus permisum esse, eo quod ex eodem elemento, de quo & pices creare sunt. Nam in regula monachorum non inventur aliarum carnium esum eis interdictum esse, nisi quadrupedum.* Quam opinionem adeo aliqui monachi amplectebantur, ut suis auxiliis in ære sterilitatem inducerent, ut refert Landmeter lib. 6. de veteri monac. part. 2. cap. 7. quare in Concilio Aquitan. celebrato anno 817. ferè pro explicatione ipsius regule, can. 8. ita cautum fuit. *Ut volatilia in iussu forisve nisi pro insimilate nullo tempore comedant, nec Episcopi ut edant, precipiant.* Et lib. 1. capit. Ludovic. tit. 78. certis diebus tantum monachus esus avium permittitur his verbis: *Ut volatilia in natali Domini, & in Pascha tantum octo diebus, si est unde, comedant. Si vero non fuerit unde, non requiratur per debitum. Si autem Abbas, aut monachi abstinere se voluerint, in eorum sit arbitrio.* Facit Aimonius lib. 5. de gest. Francor. cap. 10. *Volatilia cum ovis de diobus festis, id est Pascha, & Natali Domini.* In monachos ita finitè accipientes prædictam prohibitionem invehuntur Prosper Aquitanicus lib. 2. de vita contemplativa, cap. 23. *Ceterum si à quadrupedibus abstinent, phasianis, atilibus, vel aliis avibus pretiosis, aut piscibus perfruantur, non mihi videntur resarcere delationes sui corporis, sed mutare; nec pro abstinentia, sed velut pro nescio qua immunditia, vel certe, quod verius est, pro stomachi naufragiis teneritudine, delitas illas communis, & viles abiçere, quo possint alii non solum carnibus, sed etiam delicatioribus, ac pretiosioribus carnibus suas voluptates explere.* Sanctus Odo lib. 2. collat. relatus à Petro Cluniensi lib. 2. epist. 15. qui horrendum refert exemplum monachi de gallina comedentis eo praetextu, quod volatile, & piticis ejusdem essent originis, aut generis. Facit D. Hieronymus in epist. ad Silvinam, de servanda viduitate: *Procul sint à com-*

vivijs suis phasides aves, crassi turtures, attagenites, & omnes aves, quibus amplissima parmonia avolant. Nec ideo te carnis vesci non pures, si faun, leporum, atque cervorum, & quadrupedum animalium scelerias reprobes, non enim bipedum numero sed gustus suavitate judicantur. Nec ex dicto cap. 48. regulæ D. Benedicti inferri poterat, quadrupedum interdictione volatilium claram permissionem esse; nam cum unum prohibetur, non statim alterum permitti, concludendum est. Nam mēsi jam à legislatore prohibitum est. Unde cum cap. 19. Levitici dicitur: *Non maledeces surdo, nec voram caco pones offendiculum;* male quidem deducet aliquis, ex ejusmodi legibus permititi, non surdis maledicere, & videntibus ponere offendiculum. Tantum enim D. Benedictus meminit quadrupedum, quia cum quedam ex eis viles sint, quam volatilia, non posset quis credere eum claram non esse monachis interdictum. Prosequuntur alia pro ipso abuso detestando Landmeter, ubi supra. Hugo Menardus in concordia Regularium nostris ad caput 4. Regule Divi Benedicti, Benedictus Haephrenius lib. 10. disquisitionum monasticarum, tract. 6 disquisit. 2. & 3. Theophilus Raynaud, tom. 16. in Heterocl. spiritual. 3. part. punct. 2. fol. 406. & veram literam predicti capituli 48. regulæ Divi Benedicti restituunt Servacius Lairuz tom. 2. Cathol. novit. secl. 9.

Deinde supra traditæ assertioni obstat textus in 10. Clement. 1. de celebratione Missarum, ubi cum agatur de horis canoniciis, & de modo interessendi cathedralis in choro, specialiter cæetur, ne ad Ecclesiam secum deferant canes venaticos. Igitur quia de celebra Ecclesiam, præcipue intra domos proprias, br. possunt eos alere, & tenere. Pro cuius difficultatis Missar. solutione dicendum est, in ea Clementina specialiter prohiberi clericis canes deferre ad Ecclesiam, quia agebatur de eorum residentia, seu intercessione in choro; non tamen inde deductum extra chorum licere illis canes venaticos habere: quo modo etiam accipiens est textus in cap. 1. cum Apostolu, de censibus, ubi statuitur, ne Episcopi dum visitant diœcœum propriam, canes venaticos, vel aves secum ferant; nam non inde recte inferti potest, extra commœdum ipsum, & extra tempus visitationis, Episcopos posse canes venaticos alere, & tenere.

CAPVT II.

In 2. Eodem.

O Mnibus servis Dei, ut venationes, & sylvaticas vagationes cum canibus; aut accipitres, aut falcones non habeant, interdicimus.

NOTÆ.

- I. ^a *Eodem.*] Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc tit. cap. 1. & ex eodem Concilio Aurelian. citant textum hunc Burchardus lib. 2. Decreti cap. 2. 17. Ivo Carnot. part. 6. Decret. cap. 39. & sub nomine Paleæ à Gratiano in c. 3. 34. dist. Sed verba in praesenti transcripta non repe-

riuntur in aliquo ex Conciliis Aurelian. hucusque editis extant tamen in Synodo Francica, seu Germanica temporibus Zachariæ I. & Caroli Magni anno 742. can. 2. bii: *Necnon & illas venationes, & sylvaticas vagationes cum canibus servis Dei interdicimus, & ut accipitres, & falcones non habeant. Repertur in 17. regia editionis, & lib. 5. ca. Caroli, capit. 1. & lib. 5. ca. 112. Textum hunc expolui supra inc. 1.*

TITULUS